Omnipotens sempiterne deus qui per magnam misericordiam tuam peccata penitentium deles et in te sperantibus celeri pietate succurris: nobis famulis tuis que remissionem omnium tribue peccatorum et vota placatus assume: renova in nobis piissime pater quicquid terrena fragilitate corruptum est quicquid dyabolica immissione violatum: miserere domine gemituum meorum miserere lacrimarum ut de merore in gaudium per tuam misericordiam transferamur. Per. Oratio devote

Omnipotens sempiterne deus pater misericordiarum et deus qui in te sperantibus misereri potius eligis quam irasci: te deprecor ne me vilissimum peccatorem pie permittas propter peccata mea quia tu causa ... sed deduc me in perfectione ... ut omnia mala mea in presenti vita deplangam et mortem corporis non videre ... vite anime mee contemplari merear et dicere quod concupivi iam video quod speravi iam teneo: illi me iungor in celis cuius vulnera in terra posita tota devotione dilexi.

Flos sua mors omnis non culpe gaudia celi
Iudicii terror ... sint scripta fideli